



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

Partitio lectionum singulis hebdomadæ diebus meditandarum. Cap. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

238 HORTVS ORAT.  
lectabilem hunc hortulum.

Similes ex ceteris operibus as-  
pirationes formare consuescet.

*Partitio lectionum singulis hebdoma-  
da diebus meditandarum.*

CAPVT VII.

**T**Ranfeamus nunc ad praxin le-  
ctionum & meditationum, ac  
primò lectiones secundùm hebdo-  
madae dies in septenariũ numerum  
distinguamus, ac vnicuiq; diei suam  
assignemus.

*Dominica* die meditatio institue-  
tur de mysterio lotionis pedum.

*Luna.* De oratione Christi in  
horto.

*Martis.* De illusione Christi in al-  
ba veste ab Herode.

*Mercurij.* De flagellatione.

*Iouis.* De coronatione.

*Veneris.* De Crucis ad locum Cal-  
ariae baiulatione.

*Sabbatho.* De Crucifixione.

Atq; hoc circulo semel comple-  
to, ac euoluto: ad principium re-  
deundum erit.

*Lectione*

*Lectio-  
num meditationibus singulorū  
hebdomada dierum responden-  
tium designatio.*

TRIBVAMVS iam singulis me- *Lectioes ex*  
ditationibus suas quoque lectiones *Euangelio*  
ex sacro Euangeliorum textu de- *deprompte*  
sumptas. *singulis heb-*

Dominica die *lectio* erit de lotio- *domade*  
ne pedum, quę apud S. Ioannem Eu- *diebus re-*  
angelistam Cap. 13. extat. *spondentes.*

*Surgit à cœna & ponit vestimenta sua,* *Dominica*  
*& cùm accepisset linteum præcinxit se.* *dici lectio.*

*Deinde misit aquam in peluim, & cepit*  
*lauare pedes discipulorum: & extergere*  
*linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad*  
*Simonem Petrum, &c.*

Lectio diei Lunę erit ex S. Euan- *Lectio diei*  
gelista Luca Cap. 22. *Lunę.*  
vbi ait:

*Egressus ibat secundum consuetudinem*  
*in montem oliuarum: secuti sunt illum &*  
*discipuli: & cùm peruenisset ad locum*  
*dixit illis. Orate ne intretis in tentationem.*  
*Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus*  
*est lapidis: & positis genibus orabat di-*  
*uens: Pater si vis, transfer calicem istum*  
*à me,*

à me, veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi Angelus de celo, confortans eum: & factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.

*Lectio diei  
Martis.*

Lectio diei Martis apud eundem S. Euangelistam Lucam Cap. 23. extat. vbi dicitur. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusi indutum veste alba, & remisit ad Pilatum.

*Lectio diei  
Mercurij.*

Lectio diei Mercurij, est in S. Euangelista Ioanne Cap. 19. vbi sic legitur. Tunc ergo apprehendit Pilatus IESVM & flagellauit.

*Lectio diei  
Iouis.*

Lectio diei Iouis à S. Matthæo Euangelista his verbis cap. 27. describitur. Tunc milites præsidis suscipientes IESVM in prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei: Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius, & genuflexo ante eum, illudebant ei dicentes. Ave Rex Iudeorum. Et exuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius, & postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde

PARS SECUNDA. 247

myde, & induerunt vestimentis suis, & duxerunt eum vt crucifigeretur.

Lectio diei Veneris, est apud S. *Lectio diei*  
Ioannem Euangelistam Cap. 19. *Veneris.*  
cum ait. Tunc ergo tradidit eis illum vt  
crucifigeretur. Susceperunt autem IESVM  
& eduxerunt, & baiulans sibi Crucem  
exiit in eum qui dicitur Caluarie locum.  
Hebraicè autem *Gethsemani*.

Lectio denique diei Sabbathi, ab *Lectio diei*  
eodem Euangelista eodem Capite *Sabbathi.*  
his verbis describitur.

Vbi crucifixerunt eum. Et cum eo alios  
duos hinc & hinc, medium autem IESVM.

Quod planius à S. Euangelista Luca  
Cap. 19. traditur, cum ait: Ducebantur au-  
tem & alij duo nequam cum eo, vt cruci-  
figerentur: Et postquam venerunt in locum  
qui vocatur Caluarie, ibi crucifixerunt  
eum, & latrones vnum à dextris & alte-  
rum à sinistris.

Hæ sunt, fratres charissimi, le-  
ctiones, quas cuperem vos toto vi-  
ta vestra tempore, die nocteque in  
omni actione mente retinere, ac  
diligenter reuoluere: sic namq; citò  
L insig-

HORTVS ORAT.  
infignem huius doctrinæ suauita-  
tem gustabitis.

*Praxis lectionis diei Dominica.*

CAPVT VIII.

**D**ISSERAM nūc qua ratione ac  
methodo sanctas has lectiones  
amplificare ac in paxin redigere de-  
beatis, quo animæ vestræ deuotio-  
nis adipe impinguetur, iuxta illud  
Prophetæ dictum: *Sicut adipe & pin-*  
*guedine repleatur anima mea.* Quod ve-  
clarius atque dilucidius fiat, expli-  
candum est quid sit meditatio, vt il-  
lius natura perspecta, facilius in ea  
vos exercere valeatis.

*Psal. 62.*

*Quid sit me-  
ditatio.*

**M**EDITATIO nihil aliud est,  
quàm diligens, subtilis & minuta  
rei propositæ peruestigatio: Exem-  
pli causa.

*Meditatio  
diei Domi-  
nica.*

Primæ lectionis meditatio hæc  
est. Considerare modum quo Chri-  
stus Dominus in lauandis pedibus  
discipulorum vsus est: Quomodo  
videlicet à mensa surrexit: tuni-  
cam deposuerit: linteo se tanquam  
abiectus minister præcinxerit: pel-  
uim sumpserit; aquam solus sine al-  
terius